

Wd. 29.
14

11. a. 63.

13

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
FUSTIGATIONIS
INIQUO USU
HODIERNO,

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPTE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDENBURGI-
CO, DVCATVS MAGDEB. GVBERNATORE, & reliqua,

PRAE SIDE
DN. HENRICO BODINO,
CONSILIARIO REGIMINIS ECCLESIASTICI REGIO
IN DUCATU MAGDEBURG. ET PROF. JUR. PUBL.
PATRONO AC PROMOTORE AETERNUM DEVENERANDO.
PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores
capecendi,

Publicæ Eruditorum disquisitioni
Ad d. Septembr. Anno MDCCV.
horis ante & pomeridianis
IN AUDITORIO MAJORI
exhibit

PAULUS REINHARDUS Berger / Illeburg. Misn.
ADVOCAT. JUR AT.

Hale, Typis CHRISTOPHORI ANDREAE ZEITLERI, Acad. Typogr. iijii.

Dicitatio[n]e[n]e[n]tral[is]
E[st]at[io]n[is] n[on] s[ecundu]m
Hod[er]no

DN H[ab]R[ic]O W[il]HELM[us]
LUDV[ici]US BO[eth]IUS MARCIONE BRUNNEUS/EGO

DN H[ab]R[ic]O BODIN[us]
CONSTITUO LEGIONIS ECCL[esi]ASTIC[ae] REGO
IN M[od]ER[ia] T[ri]ALIA T[ri]ALIA
PRO F[ac]T[um]A
Suntq[ue] in iustis legi j[ur]is

DN H[ab]R[ic]O BODIN[us]
CONSTITUO LEGIONIS ECCL[esi]ASTIC[ae] REGO
IN M[od]ER[ia] T[ri]ALIA T[ri]ALIA
PRO F[ac]T[um]A
Suntq[ue] in iustis legi j[ur]is

DN H[ab]R[ic]O BODIN[us]
CONSTITUO LEGIONIS ECCL[esi]ASTIC[ae] REGO
IN M[od]ER[ia] T[ri]ALIA T[ri]ALIA
PRO F[ac]T[um]A
Suntq[ue] in iustis legi j[ur]is



I. N. D. N. J. C.

Th. I.



Omines peccatores, ex-
perimento infirmitatis familiarum
segregum adductos, adversus alio-
rum violentiam in societatem civi-
lem coiisse, eo minus quis Hugoni
Grotio de I.B. & P. l. I. c. 4 §. 7. ne-
gabat, quo etiam prima origo civita-
tis, seu societatis civilis, violentia metui inter homines ad-
scribitur, Gen. c. 4 v. 14. & 17. & hoc non tantum propter
externam potentiam & aliorum nocendi aviditatem, sed
etiam ne singuli in singulos ruant, & unusquisque sub pu-
blico tutamine in pace & quiete vivere possit. Unde illi
qui Reipublicæ præsunt, non tantum solicii esse debent,
quo armis decorati contra publicos hostes victores exi-
stant, sed etiam ut legibus armati iniquitates malorum ho-
minum repellant, cum pacata ac quieta provincia tum de-
mum existat, si malis hominibus careat, quod aliter quam
justa animadversione in delinquentes obtineri non pote-
rit. L. 3. in fin. & L. 13. ff. de Off. Præf.

Origo Re-
publ.

Officium il-
lorum qui
Reipubl. præ-
sunt.

Quomodo
peccata
in sericor dia
christiana
conveniant.

Th. II.

Quamvis enim amori & misericordiae christianæ

A 2

con.

* (4) *

conveniat, aliorum malefacta sub conceptu propriæ imbecillitatis considerare, *Opulen. de Offic. Lib. I. c. I.* nec mala malis referre, ac Sanctissimus Salvator in *Evang. Matth. c. 5. v. 44. & c. 6. v. 14. 15.* severissime prohibeat, cuiusquam malum referre, ac inde *Lactantius lib. 6. c. 10.* statuerit, *crimine capitali quenquam accusare justo non licere.* quod Ambrosius ad *Matth. c. 1. v. 19.* sic exprimit, non tantum ab ultiōnis atrocitate sed etiam ab accusationis severitate alienam esse justi personam: Proinde inexcusabilem Hierarchiam magis quam veram in misericordia & amore se ex serentem pietatem sapiat, cum Divini verbi ministri illos quos carni adhuc deditos & contra ipsorum admonitiones refractarios judicant, sub praetextu pie- tatis ad externas poenas denunciant, quo sic vel ad exemplum Hispanicæ inquisitionis, vel Gallicæ militaris conversionis fides Christiana propagetur, ut ut enim in Veteri Testamento sub jugo legis viventibus penalibus illa cohibitio ad licitum religionis Zelum pertinuisse concedatur, tamen Christi æmulis contra peccatores alia arma, precum scil. & indefessæ amicæ admonitionis magis, quam externa violentia, competit, vid. *H. Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 20. §. 10. & seqq. cum ibid. allegat.* neque enim Christus & ejus Apoſtoli ad cohibendos malos seculare brachium unquam adhibuerunt, sed

Quid privatis contra delinquentes licitum.

Quid Magistratus.

DEO vindictam reliquerunt; Tamen quin magistra tui incumbat, pro custodienda externa tranquillitate delinquendi audaciam poenis coercere nec dubitare licet, nisi plane quis velit divinam ordinationem subvertere, ac cupiditatum flagitiis omnem societatem humanam devastare, cum & ipsa latronum societas sine certis legibus & horum penali vinculo subsistere non possit.

Th. III.

* (5) *

Th. III.

Si qua autem alia in re, sane in pœnarum irrogatio. Quænam delicta sint punienda.
 ne singulari prudentiæ sollicitudine opus est, ne & Magistratus hic ultra officium, limites Christiani amoris excedat, non tantum ne Aëtus internus licet per confessionem in notitiam venerint; nec actus ad reipublicæ conservationem non pertinentes, quamvis DEUM, virtutem aut charitatem offendentes, puniendos sibi præsumat; uti hoc thema elegantissime prosequitur *H. Grot. dñs. c. 20. n. 18. & seqq.* Sed etiam ne in puniendis maleficiis dolorem nocentium intendat, aut contra illos vindictam exerceat; potius vero cum amore & commiseratione non plus quam conversatio boni publici & retributio lælo facienda requirit, in transgressores animadvertat. *Nemo enim prudens, inquit Seneca punit quia peccatum est, sed ne amplias peccetur, revocari enim præterita non possunt, futura tamen prohiberi, neque bonus Magistratus trascitur, sed tantum cavit.* Vid. text. notab. in L. 19. in fin. ff. de Off. Præs. Sic apud Thucididem Diodorus de Mityleneis ad Athenienses dixit, ut maxime illos injuste egisse pronunciem, non & interficiendos censebo nisi id expeditat, & Div. Thom. 22. v. 108. recte concludit, non debere in malo cuiusquam acquiescere judicantis a-nimum, & sane belluina vox est, malum fecit ergo malum patiatur, quemadmodum cogitare, quomodo quis remordeat mordentem & nocenti noceat, terè magis quam hominis est. Proinde si utilitas per pœnam obtinenda, vel reipublicæ necessaria non sit, aut non nisi cum periculo majoris mali comparari queat, vel alii fines ex opposito occurrant, non minus utiles & necessarii, aut etiam fines pœnae propositi cum minori puni-

* (6) *

endi damno alia via obtineri possint, prudentia & charitas
graviorem pœnam, quamvis lege divina injunctam non
admittit, quod inter alia *historia Joabi homicidæ declarat.* 2.
Samuel. c. 3.

Th. IV.

Fundamen-
tum pœna-
rum & diffi-
cultas deter-
minationis
illarum.

Utilitas in
puniendo
proposita
duplex.

Ut ergo pœna conveniens delinquenti imponatur,
respiciendum est ad damnum contra publicam utilita-
tem illatum, & quomodo illud imposterum præcaveri
possit; Ad illius legitimam estimationem & mensuram
sane exactior cognitio status & boni publici requiritur,
quam ut de eo tam improvide (uti vulgo fieri solet) judi-
cium ferri possit, quod Romanis exinde publicum
in specie denominabatur, *tot. tit. de publ. judic.* non tan-
tum quod publice cuilibet ex populo in eo liberum
fuerit accusare, sed potissimum quod non nisi ex legi-
bus ad publicum statum latis de illis judicandum sit.
Cautio autem futuræ utilitatis vel *emendationem* ejus
qui deliquit, ut de tali transgresione caveat respicit;
quia omnis actio ex prava concupiscentia oriens præ-
fertim deliberata, quandam gignit sui proclivitatem,
quæ adulta habitus dicitur, cui si non illecebræ adi-
mantur, per dolorem subsequentem, saporem dulcedi-
nis apud malos in gravius reipubl. damnum non amiteret;
Vel *exemplum*, ut sc. alii a simili delicto de-
terreantur statuit. Unde pœnas in emendatorias &
exemplares vel ab utroque mixtas partimus. Quod enim
Hug. Grot. diæt. c. 20. n. 6. de pœna satisfactoria tradit, ma-
gis ad interesse privatum ex quo privata actio competit,
quam ad utilitatem publicam pertinet; in quo natura de-
lictorum privatorum consistit, unde in §. 13. nostræ par-
titioni propius accedit,

Th.V.

* (7) *

Th. V.

Evidem ex præsuppositis hisce charitatis christianæ principiis facile apparebit, illud quam maxime in interrogatione pœnarum intendi, ut tam ipse delinquens quam alii a simili facinore deterreantur, cum homo homini nocere non debeat, nisi boni alicujus consequendi causa, cum vero de vera pœnitentia vix sit ut hominibus constet, nec quenquam non impune sua malefacta laturum appareat, si ea quovis modo profiteri & pœnitentiam prætendere sufficiat, ideo ingens periculum præsertim in gravioribus necessitatem exempli postulat, quod ad mortis supplicium sine certa publica lege extendi haud debet, in reliquis vero delinquentibus emendatio certis remediis terrori incutientibus quaerenda est.

Th. VI.

Quomodo autem in rigidioribus suppliciis quam maxime charitas lese exferere debeat, elegantissime prosequitur *Hug. Grot. Dic. c. 20. n. 34. & 36.* quod omnibus judicantibus commendatisimum esse deberet; Nobis hac vice tantum propositum est, hac Dissertatione Inaugurali discutere; in quam classem fustigationis pœna sit referenda, & quis sit legitimus ejus usus, ubi prius investiganda hujus pœnæ origo & ejus vera causa, simul ejus diversitas ab aliis dolorem corporis inferentibus coercitionibus, postea ejus legitimus usus, & perversus abusus; & hæc quidem sine alicujus præjudicij auctoritate, ex solo justitiae & veritatis amore, quod ut B. L. æqui bonique consulat est quod obnoxie contendimus.

Th. VII.

Esse autem fustigationem certam verberuni in- Quid au-
flictio- gatio,

flictionem, qua corpus malefici in poenam delicti affligitur extra controversiam erit. Inferebatur vero haec poena per fustes (quos excitatos primum a Tarquinio Superbo refert Svidas), qui Romanis bacilli dicebantur, hisque latera liberorum hominum tundi solebant; teste Briffonio de Verb. Signif. Sic Isidor. l. 5. Etymol. c. 27. Fustes, inquit, sunt quibus juvenes pro criminibus feriuntur, dicti ab eo quod praefixi in fossis stent. quos palos Rustici vocant. Ulpian. hofce ad arma refert, dum l. 3. §. armis ff. de vi & vi arm. Arma sunt, inquit, omnia tela, b. e. & fustes & lapides add. L. 54. §. furem. ff. de furt. horumque propter delictum adhibitio fustium admonitio vocatur, vid. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. de Action. P. 3. c. 11. forsitan idem est, quod Galli dicunt Bastonades. Et fustarius erit *donneur de bastonades*. Cicero hanc poenam fustuarium vocat 3. Philipp. verbis: Nam si Antonius Consul fustuarium meruerunt legiones, que eum reliquerunt. Et eadem voce Livius utitur L. 5. c. 6. Vocat Polybius 6. hist. ξυλοποιίαν. Confer. Briffon. de verb. Signif. p. m. 739. ubi etymologiam hujus nominis überius discutit.

Th. VIII.

Quid verber Erant quippe verberum quæ hominibus inferendicatur ejus- bantur varia genera, ut sic verber nomen generis esse que divisio- videatur, sub se comprehendens diversas species. Et nes.

De vitibus. notat instrumentum, quo quis cæditur & plagam ex eo inflictam Tholosan. de Action. P. 3. c. II. cum ibid. allegat. Estque vel virga longa exilis, quæ eo nomine in specie continetur; Vel Vitis, quibus tantus accesit honor, ut etiam in delictis civium Romanorum poenam hono- rarent, quoniam veteri de suppliciis lege Romana san- citum

citum, ut Cives non virgis verberarentur, sed vitibus,
testibus *Luc. Floro ac Tit. Livio apud Briss. de Verbor. Signif.*
Vel *baculus* & *fustis*, de quibus thes. anteced. his homi-
nes liberi & quidem tenuiores non honestiores nec
Centuriones ad emendationem cædebantur, *l. 28. n. 2.*
de *Pan. in fin.* Vel *lora* & *mastiges*, quibus mastigibus
& loris i. e. corrigiis coreaceis plerumque captivi & fer-
vi hoc modo verberari solebant, ut conditionis suæ re-
miniscerentur, ut ait *Donatus*, nempe quod capti loris
vinci tuissent, quare vile ducebatur & servile loris affici.
Loris quoque capi servos in commœdiis legimus, *add.*
L. 9. §. 3. L. 15. §. 39. L. 17. §. 2. de injur. Est hæc poena, quam
Galli vocant *bailler les étrivierés*. *Callistratum Scutum*
hoc genus poenæ vincula vocasse probat *L. 7. de pan.*
ubi dicit: *vinculorum verberationem poenam esse*. Vel
ferula, qua impuberes castigantur, quia cutem levius
plagant *L. 1. §. impuberi ff. ad Scutum Syllian.* Discipu-
lorum quoque in scholis manus levi ferula ferieban-
tur; Vel *Scutica* quæ habebat in summitate glandes
plumbeas; & tandem *Scorpiones*, inventæ à *Cretis te-*
stante Plinio l. 7. c. 56. quæ erant lora hamata, scor-
piones eo dicta, quia veluti *Scorpiones* caudis lædunt,
sic in flagellorum extremitatibus & apicibus saevi adde-
bantur appendices, quibus cutis misere laniabatur. *Quod*
prolixius proponit Petr. Gregor. Tholosan. in alleg. c. II.
P. 3. vid. th. seqq. in fin. quo sensu quoque Rehabeam
scorpionum mentionem fecisse facile apparent, *i. Reg.*
c. 12. v. 8.

Quid lora?
quid masti-
ges?

Quid ferula?

Quid Scuti-
ca? Quid
Scorpiones?

Th. IX.

Singularis quoque verberum poena erat flagellorum
inflictio, quæ vel virgis, vel mastige, seu generaliter flagris gellorum

B

in poena.

interebantur. Et poena est acerbior quam fustigatio *L.* 10. in fin. ff. ex quib. caus. infam. irrog. potissimum ex hac causa, ut opinor, quod fustes vestitis inferantur, flagella

Fustes vestitiis, flagella studiis infestantur.

2. *Feud.* 27. v. si quis alio e contra in fustium percusione raro sanguis funditur per d. l. Atque ut mitior pena post comminationem est fustium castigatio, ita in personis servilibus hanc excipit flagellorum cælio vid. *Petr. Greg. Tholos.* in d. lib. c. 11. sèpius alleg. Dicuntur vero flagella flagra-

Quid flagella? ex restibus compacta, aurigis familiaria, quæ motu sonitum reddunt: *insonuit que flagello. Virg. s. Aeneid.* Hinc equos publico cursui deputatos, non lignis nec fustibus, sed flagello tantum ob sonitum agitati decretum *L. 1. c. de curs. publ.* Plumbi quoque nodi interdum flagellis addebat, hinc plumbatarum verbera *L. 2. C. de exact. tribut.* Interdum erant hamata, de quibus ita *Tertullianus* in *Scorpiaco adversus Gnosticos in pr.* Inde *Scorpii series illa nodorum venenata intrinseca venula subtilis arcuato impen- tu insurgens, humatile spiculum in summo tormenti ratione re- stringens &c. vid. th. preced.*

Alia flagel- lorum speci- es.

Quid fusta- riis militum?

Th. X.
Ab enumeratis haec tenus verberum penis fustariis militum adhuc diversum fuisse videtur, quam maxime in eo quod haec poena capitalis fuerit & ultimum intenderit supplicium, testibus, viris eruditiois minime vulgaris *Rosino lib. antiquitat. Rom. p. m. 1614.* & sèpius alleg. *Petr. Gregor. Tholos. de Act. P. 3. c. 11.* præparabantur enim ita virgis & fustibus delinquentes milites ad ultimum supplicium, quod & idem Rosinus confirmat exemplo *Appii Claudi Consulis ferocissimi ingenii, viri,*

* (11) *

virū, qui quod arma deseruerant milites ordinesque re-
liquerant, eos, virgis cæsos, securi percusserit & ex ca-
tera multitudinē iusserit decimum quenque ad supplicium
ducī. Quod poenæ genus in optimo Salvatore
nostro Pilatum quoque, ut eo crudelior esset, adhi-
buisse apparet ex Evang. Matth. c. 27. v. 26. & D. Marc. c.
15. v. 15. de coquē eo minus dubitandum, cum jam apud
Livium de Cruci lib. 30. & Carolum Sigionum lib. 1. de anti-
quo jure civium Romanorum c. 15. existet; quod nominis
latini aut græci qui fuerint, postquam virgis cæsi, se-
curi percusſi, Romani vero & Judæi in crucem sublati
sunt. Inferebatur autem hoc supplicium olim illis qui
aliquid furto atrociori sustulissent in castris vel qui fal-
sum testimonium dedissent, aut qui locum non tenu-
issent, id est, desertoribus signorum, qui proditores
fuerint exercitus aut Patriæ. Quod si vero hoc a mul-
titudine aliqua contingebat, omnes fuste cædere & in-
terficere non volebant, sed hujus rei solutionem hanc
inveniebant utilē pariter terribilemque: Tribunus
quippe convocato exercitu, productos in medium de-
fertores accusabat, invehebaturque acerbe, denique
quinque aut octo, interdum etiam viginti, atque in totum
habita ratione multitudinis, ut decima ad summum e-
xistat pars delinquentium, hos ex omnibus illis qui ti-
mide se gesserint, sorte eximebat & fuste cædebat, nulla
deprecatione admissa; quem modum decimationis (u-
ti vocant hoc supplicium) refert idem allegatus Rosi-
nus. Sic quoque incendiarii jubentur verberati igne
necari L. 9. ff. de incend. ruin. & naufr.

Th. XI.

Illud videndum, an non legi evangelicæ refragen-

B 2

tur

Salvatore
quoque hoc
supplicium
passum esse
proponitus

In quos cōm-
petat

Modus exe-
quendi hoc
supplicium.

* (12) *

tur tales corporis afflictiones, quales fustes vel flagella inferunt, cuiquam infligere? ad quod cum H. Grotio

An in genero corporis afflictionibus, contrarien-
tur legi divi-
ne?

lib. 2. c. 20. n. 10. respondemus; Castigationes quæ ne-
que infamiam neque damnum permanens relinquunt,
& pro ætatis alteriusve qualitatis ratione sunt necessariae, si ab iis fiant, quibus leges humanae id permittunt,

puta parentibus, tutoribus, dominis, magistris, ni-
hil habere quod præceptis evangelicis repugnet, ex
ipsa rei natura satis intelligi datur. Sunt enim hæc re-
media animorum, non minus innocentia, quam phar-
maka sensui ingrata; consentit quoque sacra scriptura

Deut. c. 25. pr. Psalm. 88. Modo illi quibus permittunt-

Abstinen-
dum a sevita
in inflictione
pœnaru[m] L. 13 L. 42. eod. Petr. Gregor. Tholos. P. 3. c. 2. add. Thes.
præc. 3.

Discrimen
flagellorum
& fustium.

Different
flagella & fu-
stes dupli-
ter

Th. XII.

Cardinalis porro est quæstio, num quid discrimi-
nis contineatur flagellorum inter & fustium pœnas? quæ tanquam scopum nostrum non levius attingens, ut penitus inspiciatur & ex vero enodetur fonte opera erit haud inutilis. Apparet ingens hoc discrimen ex duabus causis, differunt enim flagella a fustibus (1) graviitate, quia vestitis tantum inferebantur fustes, flagella vero nudis, & sine sanguine plerumque quis fusti-
gabatur. 2. Feud. 27. v. si quis aliquem. conf. thes. antec. 8;
E contra omnis flagellatio horribilis dicitur Horatio 1.
Satyr. 3. quod ex Mose quoque apparet, qui vetuit quadragenarium numerum iustum flagellorum excedere, rationem superaddens elegantissimam, ne sc. la-
cera-

* (13) *

ceratus ante oculos pereat frater tuus. *Deut. 25.* Probat & idem *L. 7. ff. de pœn.* ubi exstat: corporis coercitionem continet, fustium admonitio, flagellorum poena est castigatio &c. it. *L. 19. ff. ex quibus causis infamia ad quam legem septimam priorem ita commentatur Gothofredus*, fustis itus admonitio hic dicitur, ut eo melius notetur hujus poenæ levitas ad comparationem flagellationis. Quod & fustes tantum ad emendationem inflicti sint docet *L. 9. §. 3. ff. de Off. Procons.* (11.) Quoad personarum qualitatem, nunquam enim flagella libero homini inferebantur, secus autem erat in fustibus, nam ex quibus causis servus flagellis cædebat, ex his liber fustibus & ex quibus liber fustibus cæsus, in opus publicum damnabatur, ex his servus sub poena vinculorum ad ejus temporis spatiū flagellis cæsus, domino reddi jubebatur *L. 10. ff. de pœn. pr. L. ult. eod. L. 12. ff. de jur. fisc.* JCtus vocat quoque poenam servilem flagellationem *L. 4. §. 1. ff. de incend. ruin. & naufr. & in L. 11. ff. de Offic. Procons.* vocatur atrox verberatio, imo ob poenæ hujus vilitatem virgas ab omni civium corpore removit *Civ. pro Rabir. Liv. 1. Decad. 10. Salustius in Conjurat. Catilin. Sueton. in Neron. c. 49.* quo absque dubio respexit Apostolus in *Act. c. 22. v. 25.* ex quibus apparet, quod in applicacione ad hodiernos mores, afflictiones emendatoriaæ, quibus interdum milites subjiciuntur, salva tamen libertate & existimatione v. g. Prügelung oder Stock-Schläge / it. Spieß-Ruthen oder Gassenlauffer; tum etiam coercitio quæ per commentarienses in carceribus expedita solet, vulgo Stock-Schillinge cuius exemplum vid. in *Act. Apost. c. 5. v. 40.* it. parentum, tutorum ac Scholæ Magistrorum remedia liberos coercendi, fusti-

quo coerci-
tiones mili-
tum sint refe-
rendæ.

Quo coerci-
tio in carce-
ribus.

Quo castiga-
tiones paren-
tum,

gationis denominatione recte venire vid. tot. tit. de emendat. liber. & tit. de emendat. serv. E contra vinculis seu loris ligatum ac denudatum publicæ castigationi subjiceret & ita sanguinem eruere, servilem statum & dominum in ipsum corpus presupponens, flagellationem potius vocandam esse vid. dict. L. 4. ff. de incend. ruin. & naufr.

Th. XIII.

Applicatio
flagellatio-
nis ad hodi-
ernum statu-

Fastigatio ad
altam juris-
dictionem
pertinet.

Quis hodie
ad fustigatio-
nem conda-
minare posit.

Cum ergo manifestum sit usitatam nostris temporibus virgarum cæsionem, da die Delinquenten öffentlich an den Pranger zu stellen und mit Nutzen auszuhauen/ loco flagellationis, successisse, quæ quoque exinde ad altam jurisdictionem, seu Hals- und Bluth-Gericht pertinet, vid. Carpz. Praxi Crim. P. 3. qu. 109. n. 26. & 27. Theodorie. Colleg. Crimin. Disp. 10. th. 5. lit. a. cum ibid. alleg. Ab. Andler Jurispr. Romano German. lib. I. tit. 10. n. 27. & seqq. sequitur quod ad talem flagellationem, que vulgo fustigationis denominatione hodie venit, nemo legitime condemnari posit, nisi qui vel in statu servili est, vel cui propter criminis atrocitatem, vel vita naturalis vel civilis ac ita Jus civitatis Romanæ adimentum & tanquam servus poenæ vincitus ex societate civili ejiciendus sit, quod ultimum deportationem Romanî vocabant, per quam condemnatus omne Jus civitatis amittit L. 6. pr. ff. de interdict. & releg. & hæc poena tantum propter capitalia crimina, veluti incendia vel homicidia dictari solebat, dict. L. 6. §. 1. insin. quamvis enim deportati quoad statum respectu aliorum juriū communium inter homines, e. g. matrimonii &c. libertatem non prorsus amiserint, §. 2. Instit. de Cap. 1. deminut. ac inde Gentium Jura retinuerint, tamen quoad personam & respectu reipubl. in metallum imo

ad-

* (15) *

ad mortem condemnatis & servis pœnæ æquiparaban- Quid sit de-
tur L. 5. §. 3. ff. de extraord. cognit. erat enim deportatio portatio.
species exilii atrocissima , qua condemnatus nervo aut
compedibus vincitus , servis publicis tradebatur , ut ab
illis in certam Insulam transferretur . Quod genus pœ-
næ in hominem liberum locum non invenisse supra de-
monstratum ; unde quoque non nisi summa Majestatis
au^toritate inferri poterat L. 6. §. 1. ff. de interdict. & re-
legat. quomodo autem contigerit ut loco olim usitatæ
interdictionis tecti aquæ & ignis , deportatio surrogata
sit , pluribus tradit Calvin. in Lex. jurid. voc. deportatus
olim.

Th. XIV.

Præsupposito ergo quod nemo liber & civis Ro-
manus vinculis contineri , compedibus constringi , pu-
blicis servis tradi ac per hos in spectaculum populi ad
sanguinem usque , virgis & flagellis fabjici possit , ac Quid ante fa-
ita ad talem poenam deveniendum non esse nisi quis ffigationem
mortem naturalem vel civilem meruerit , merito ante
talem vulgo dictam fustigationem decernendam , in-
vestigandum & judicialiter cognoscendum esset , an
inquisitus talis criminis convictus sit , in quod leges
Romanæ , mortem naturalem vel civilem , seu ultimum
supplicium vel deportationem aut servitutem pœnæ sta-
tuerunt ; Quippe quod in Constit. Carolina art. 104. in
fn. expresse fancitum sit : Wie NB. absonderlich zu mer-
cken / daß in was Sachen oder derselbengleichen die Kaiser-
liche Rechte keinerley Peinliche Straffen am Leben / Ehren /
Leib oder Gliedern sezen / oder verhengen / die Urtheiler dar-
wieder auch niemand zum Tode oder sonst peinlich straffen sol-
len. Und damit Richter und Urtheiler / die NB. solcher Rech-
te nicht gelehret sind mit Erklärunß solcher Straffe desto we-
niger

niger wieder die gemeine Rechte oder gute Gewohnheiten handeln so seyn ehliche Peinliche Straffen / wie die gedachten Rechten und Vernunft nach geschehen sollen gesetzt. Si enim v. gr. in fure suspendendo (quamvis nullo alio criminis v. gr. effractione periculosa , vi publica aut privata , &c. concurrente ut plurimum inique) in Constitutione Carolina ultimum refugium querunt , & ab eadem nullo modo judicanti recedere licere contendunt , quare ergo allegati hujus articuli sollicita constitutio negligenda esset ? Sane dum per totam dictam Constitutionem Carolinam saepius requiratur , daß man in Urtheilen über Peinliche Sachen bey denen Rechts-Verständigen zu fordern ist Raths pflegen solle / nihil aliud quam modo dictum inculcatur , ut scil . judicantes in decernendis poenis , jura civilia publicorum judiciorum , horum jurium vera fundamenta & rationes ante oculos habeant & juxta talia fundamenta decernant , neque enim circa hoc illorum qui forte titulum Doctoris obtinuerunt , aut aliquam juris scripti notitiam sibi compararunt , sed NB . Rechts-Verständiger seu verorum Jurisprudentum & quos meritum & experientia Nobilissimos fecit judicium requiritur , vid. præprimis *Constit. Carol. art. 160.* ut sic in nulla causa plenior cognitio antiqui ac presentis status Romani & Germanici & inde dependentium jurium requiratur , quam in dijudicandis causis criminalibus , quas vulgus Dd. interfaciliores causas collocat.

Th. XV.

Postquam ergo flagellatio illorum qua condemnata ad mortem afficiebantur abrogata est L. 8. §. 3. ff. de pen. atque in corpus Civis Romani seva flagellorum casti-

castigatio non competit L. 10. pr. ff. de pœn. de Jure Romano haec regula locum habere videtur, ut illi tantum qui sunt status vel conditionis servillis, aut qui aliquid capitale commiserunt ex quo deportationem aut servitatem pœnæ meruerint, ac inde iis omne jus Civitatis Romanae adimendum sit, servis publicis ad publicam flagellationem tradi possint vid. L. 2. ff. d. pœn. Unde primo notandum, quod non nisi plebeji, exules & sordidi talibus pœnis corporalibus subjiciendi sint. L. 9. §. 11. L. 10. §. 2. ff. de pœn. non vero honoratores seu ordinis Decurionum, id est, qui in civitatibus municipalibus ad senatum vel honores aspirare poterant Brison. L. 4. seleclar. antiqu. horumque liberi dict. L. 9. §. 12. & 13. Cum ergo in Civitatibus municipalibus omnes qui non sunt plebeji (Die nicht zum gemeinen Pöbel gehören) Decurionum denominatione veniant, & hi tantum plebi contra distinguantur dict. textib. & pasim sequitur quod non tantum nobiliores sed nec illi, Die aus ehlichen Zünften und Gilden oder sonst von dergleichen condition seyn/ darinhen Sie zu öffentlichen Aembtern in den Städten admittiret werden mögen / horumque liberi, ad flagella condemnari non debeant. E contraibi tale crimen commissum non est propter quod libertate vel vita civili quis privandus esset, ibi flagellationi cum perpetua exultatione non erit locus, licet enim etiam in levioribus delictis veluti furti simplicis, acclamationibus turbulentis &c. juvenes aut humiliores ad fustium iactus condemnari possint. L. 10. infin. L. 28. §. 3. ff. de pœn. hi tamen citra vineula publica, ac corporis prostitutionem aut sanguinis effusionem hisce casibus ita differentia interfusio*n* iactus & fusti*gationem*.

C

ad ejus infamiam tendant dict. & textib. junct. L. 15. L. 7.
it. 28. §. 2. ibid. quod per animadversionem in corpus ad
publicum Spectaculum ex quo condemnati tanquam ser-
vi poenæ vinculis & servis publicis subjiciuntur, secus esse
constat ex L. 12. ibid. Evidentia Constitutio Carolina art.
158. furibus manifestis, flagellationem, seu virgarum co-
ercitionem (vulgo fustigationem dictam) cum exilio,
simpliciter decernere videtur, & simile quid habetur in
art. 161. de furto iterato; Rechte autem attendenti appare-
bit, quod dum in art. 158. respectus personæ & emenda-
tionis spei, ac in Art. 161. arbitrii judicantis ac consilii
prudentum mentio fit; primum tantum contra homi-
nem perditæ vitæ, qui malefactis suis publicum tumultu-
tum contra se excitavit, aut vagabundus & vilius existens,
vulgo öffentliche Spiß-Buben / spem emendationis
nullam relinquit, decernere; alterum accuratis juris ci-
viles fundamentis locum relinquere, & sic allegatos articulos
cum retrodictis non pugnare, nec facile talem
fustigationem, seu potius flagellationem cum perpe-
tuo exilio dictandam esse, cum vix sit, ut aliquis ine-
mendabilis dici possit vid. Grot. dict. c. 20. n. 7. in fin. &
præprimis in interpretatione legum, poenæ magis mol-
liendæ sint quam asperanda L. 42. ff. de pœn. L. 11. in fin.
princ. eod. Neque etiam credendum dupli vel quadrupli
penam a foro exulasse ac hisce fustigationem surrogan-
dam esse. vid. Tabor. ad Conf. Crim. dict. art. it. Brunnem.
ad ff. post. tit. arbor. furtim. cæsar. in append. n. 3. & sic quo-
que tam a Rintelensi quam ab hac Illustri Fridericia-
na judicatum esse ab Excellentissimo Dno, Præside ac-
cepit.

Quibus caſi-
bus fūſtiq[ue]at. o
ſecundum
Conſtit. Ca-
ſtel. competat

pena dupli-
vel quadrupli
hodie non
cessat.

* (19) *

Th. XVI.

De cætero quanvis negari non posse, nonnullas
poenas dictandas esse, ut sublatis malis cæteri securiores
vivant. *Seneca; lib. 1. de Clem. c. 21. & ex eo Hug. Grot. dict.*
c. 20. n. 13. illud tamen, nisi quis scvitiae Christianis non
competenti patrocinari velit, negari non poterit, poe-
nas in emendationem hominum constituendos esse *L.*
20. ff. de pæn. quare illa poena quæ delinquentibus emen-
dationis ansam præripit, cum vera moralitate, ne di-
cam Christiano amore plane non convenit, multo mi-
nuus cum regula, quod tibi non vis fieri alteri ne fe-
ceris, conciliari poterit, si inemendabiles, in loco u-
bi deliquerunt jam noti & cogniti, ne nobis porro no-
ceant, ad alios ubi ignoti pravitatem suam commodi-
us exercere possunt, exularè jubemus, qui potius ne
aliis noceant, tamdiu donec de illorum emendatione
constiterit, certo loco constringendi erant *art. 161. Con-*
stit. Carol. quapropter tales vel in ergastula aut alia o-
pera publica condemnandi vel in tortalitium depor-
tandi.

Th. XVII.

Non tamen hic omnem illius flagellationis, quæ ho-
die fustigationis nomine venit usū simpliciter improbare. *Licitus usus*
intendimus, dummodo haec requisita observentur (1) ut
puniendus vel servilis, vel infimæ aut sordidæ sit conditi-
onis *L. 10. ff. de pæn.* aut plane vagabundus & exul, *Herr n-*
los Gesindel/die ohne Erweisung ethischer Hanthierung
sich hier u. dar betreten lassen u. keine beständige Woh-
nung haben; vel si civis honestioris conditionis. *vid. L. ult.*
fustigationis

C 2

§. fin.

§. fin. eod. ex civitate vel Provincia ita ejiciendus sit, illud
 auctoritate summi ibidem Magistratus vel Principis fiat,
 vid. L. 28. §. 2. & 5. jundt. L. 6. & 7. ff. de interdit. & releg.
 L. 27. §. 1. de pœn. (2.) requiritur ut crimen proper quod
 talis pena dictanda sit capitale. dict. L. 6. §. fin. jundt. L. 2.
 pr. ff. de pœn. (3.) Observandum ne aliis periculum similis
 facinoris expulsione delinquentis obtrudatur, si enim
 propterea ut a malefici persona cives securiores reddan-
 tur expulsio cum fustigatione decernatur, statim ex ea-
 dem ratione punitus & ex illo loco in quem se recepit, si
 non prius virgarum iætibus subjiciendus tamen proscri-
 bendus esset, quo sic hujus poenæ executio quoisque no-
 titia ejus se extenderet in infinitum produceretur; unde
 non in aliis quam in talibus criminibus, quorum conti-
 nuatio ab eodem delinquentे probabiliter alibi non me-
 tuenda est, dicta fustigatio locum inveniet. e. g. propter
 adulterium cum alterius uxore, aut propter incestum
 cum forore, tenuiores virgis cæsi non injuste relegendur:
 sic Adulteratores monetae, militiae, desertores, culposi ho-
 micidæ, in specie mulier quæ ex intentione clam peperit
 & sic in, ante, vel post partum, morti ejus occasionem de-
 dit, flagellis cædi & in perpetuum provincia ejici poten-
 runt, &c. tantum illud magis Ethnicam crudelitatem,
 quam justitiam Christianam sapit, si condemnatorum fa-
 cies vel signo quodam vel abscissione naris auriumve ma-
 culetur contra constitutionem Constantini Imperatoris
 in l. 17. C. de pœn. præcipue quod ita omnis occasio me-
 liores sectandi mores talibus præcisa videatur, qui po-
 tius si meruerint, statim ultimo supplicio afficiendi,
 quam per desperationem ad majora crimina incitandi
 essent.

Th. XIIIX.

Equidem juri Romano & moralitati convenientius esset, ut loco usitatæ flagellationis per virgas, condemnatio in metalla vel opera publica ut in Salinas &c. exerceretur, quia tamen ubique talia opera publica non suppetunt, ne delicta maneant impunita, aut ex adverso delinquentes merito gravius puniantur, aliquid corruptis nostris moribus indulgendum, & loco pœnæ metallicæ in humiliores alias statutæ, oder in Ermangelung eines Zuchthauseß vel deportationis in honestioribus. Daß diese auff eine wohlverwahrte Festung zu bringen; virgarum iactus cum perpetuo exilio, observato tamen moderatione antea adducto interdum surrogari poterunt, in cuius decisione magna judicantis prudentia ac circumspectione opus est, ne ad tales fustigationem condemnentur qui in metalla vel ne quidem ad fustium iactus aut etiam ad deportationem & quamvis servitutem pœnæ condemnari olim non potuerint; deinde ne exilium sic fustigatorum aliis damnosum aut his ipsis exitiosum sit, & denique annon aliud magis ordinarium remedium coercitionis adhiberi posfit,

Th. XIX.

Hactenus autem propositis non obstat 1. hodie servitutem pœnæ ceslare per Nov. 22. c.8. Auth. sed hodie C.d. donat. int. vir. & Ux. proinde nec illam hodie adhiberi solitam fustigationem eodem referendam, sed eandem etiam in levioribus adhiberi posse. 2. fustium iactus non infamare l. 10. in f. ff. d. pœn. cum simil. 3. ita Relegatos jus Civitatis non amittere. l. 4. ff. d. interdict. & relegat. & Deni-

Juri convenientius esset ut delinquentes; loco fustigationis ad opera publica vel ad fortalitium condemnentur.

Denique 4. Hodie Magistratui licere quam velit sententiam ferre, vel graviorem vel leviorem. *L. 13 ff. de pœn. ibique Gothofr. in not.* Quicquid enim sit de certis effectibus servitutis poenæ sublatis, præprimis de vinculo conjugii per eandem non solvendo de quo allegati textus loquuntur, tamen aliquem vinculis constringere, ejus corpus ad spectaculum populi denudare, servorum publicorum verberibus & flagris ad sanguinem eruendum subjicere, & per hos ex civitate & provincia eiicere, cum definitione libertatis subsistere posse, vix sine absurditate defendi poterit: ad minimū pro quasi servis aestimandi sunt, qui talibus poenis subjiciuntur *vid. l. 8. §. 8 ff. d. pœn.* Illud quoque indubitatum erit, talia contra civem Romanum salvo jure Civitatis non competere. Et si bacillorum (quos fustes Romani appellabant) moderati iactus, per honestas personas in emendationem tantum adhibentur, de quibus *vid. tot. tit. C. d. emendat. propinquor. & L. 28. §. 3 ff. d. pœn. junct. L. 7. & L. 10. pr. ibid.* nullam exinde sequi infamiam certum est, quod tamen ad hodiernam vulgo dictam fustigationem, eo absurdius applicatur, quo sic flagris publicis castigati & ex Republica cum summa infamia ejecti, cum Patribus reipubl. Romanæ ex certa civilizatione ad tempus ex urbe Roma in provinciam relegatis Da Sie sich eine Zeitlang der Stadt enthalten und sich in ihre Herrschaften und Güter außs Land begeben müssen/ male comparantur *v. L. 27. §. ult. ff. ad Municip. L. 8. pen. & ult. qui testam. fac. poss. Vid. Azo in summ. C. d. incol. n. 6. in fin. it. l. 31. ff. ad municip.* Et quamvis judices Criminales ad certum genus poenæ præcise adstricti non sint, debent tamen si qua in ulla alia re, cum magna follicidine vim ac potestatem legum condicione

* (23)*

conditarum investigare l. 17. it. l. 10. cum seq. ff. d. legib. & illarum rationem non excedere dict. l. 13. de pœn. quam maxime autem eo respicere ne in corpus vel vitam gravius quam de jure Romano permissum est aliquid statuant Dict. art. 104. Constat. Carol. in fin.

Th. XX.

Hæc cum ita sint facile apparet, quam sine solido fustigatio fundamento hodie usitata fustigatio capitalibus pœnis eximatur vid. Carpz. Prax. Crim. p. 3. Qu. 102. n. 11. in fin. & n. 12. qui error exinde originem duxit, quod Dd. fustium ictus cum illa hodie usitata fustigatione, item coercitionem vel admonitionem cum animadversione & castigatione confundant, quæ tamen in jure Romano plane distincta sunt; & dum ipse Carpz. d. l. n. 16. in fine. fustigationem tantum in correctionem liberorum hominum de jure Romano adhibitam fuisse fatetur, statim vero n. 17. & 21. ibid. fatetur, quod hodierna fustigatio semper adjunctum habeat perpetuum exilium, & exerceatur ut res publica malis hominibus purgetur, eo ipso agnoscit quod hodierna fustigatio, diversa plane sit, a Romanorum fustium ictibus, & hodiernos fustigatos deportatis & in metallum condemnatis æquiparandos esse. arg. l. 7. §. 2. ff. d. interd. & releg. & l. 7. ff. d. pœn. imo in ipsa Constitutione Carolina usitata fustigatio, membrorum abscissioni æquiparatur art. 196. & seq. & fustium ictibus ad coercionem, delinquentium in carcere inferendis eandem ipse Carpzovius contra distinguit. d. l. n. 26.

Th. XXI.

Unde quam maxime mirandum quod Dd. & Col. Communis
legia pœnæ Abusus hujus

* (24) *

legia Juridica in quovis criminе extraordinario tam faciles sint ad fustigationem dictandam, ut inde in proverbium, *Staubbesenbinder* audire soleant; Quid enim frequentius est, quam ut ex. gr. illi qui cum falsis vel ab aliis comparatis instrumentis mendicitatem, vel meretriciam vitam, exercuerunt, vel furtu non capitalia admirerunt, & alii ob infinita alia, pro lubitu judicantium ex una provincia in aliam per fustigationem mittantur, hac ratione contenti, rempublicam malis hominibus purgandam, quorum vel sola conversatio scandalum esset præbitura. *Carpzov. d. l. n. 21. in fin.* quæ ratio si sufficiens esset, ita semel condemnatum, ex omni republica cum fustigatione expellendum adduceret; ut taceam pleraque hæc tantam pœnam qualē talis fustigatio infert non mereri: magnimque respectum personarum circa ejus irrogationem habendam, nec eandem illis qui honestiori loco nati sunt sine summi Imperii approbatione inferendam esse. Evidem præsumo, caliginem communis circa hanc rem erroris plororumque Dd. animos ita occupasse, ut præjudicio autoritatis obccēcati, has meas meditationes despecturi sint, sed sit ita, mihi sufficiet, si boni in hisce festinanti calamo conscriptis aliquid in vera moralitate, & genuina jurisprudentia fundatæ veritatis invenerint; quod ut industria exactiori supplere & ulterius promovere velint officioꝝ rogo.

DEO INTERIM SIT LAUS ET GLORIA.

Ka 1658.

Richter V



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Inches
Centimetres

13

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
FUSTIGATIONIS
IN IQUO USU
HODIERNO,
Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDENBURGI-
CO, DVCATVS MAGDEB. GVBERNATORE, & reliqua,
PRAE S I D E
DN. HENRICO BODINO,
CONSILIARIO REGIMINIS ECCLESIASTICI REGIO
IN DUCATU MAGDEBURG. ET PROF. JUR. PUBL.
PATRONO AC PROMOTORE AETERNUM DEVENERANDO.
PRO LICENTIA
Summos in utroque Jure honores
capescendi,
Publicæ Eruditorum disquisitioni
Ad d. Septembr. Anno M DCC V.
horis ante & pomeridianis
IN AUDITORIO MAJORI
exhibit
PAULUS REINHARDUS Berger/lleburg. Misn.
ADVOCAT. JURAT.

Hala, Typis CHRISTOPHORI ANDREAE ZEITLERI, Acad. Typogr. lyii.